

1708.

1. Grotius, Melch. Detmarius: *De jure associationis*
2. Klotz, W. Helius: *De usu fructu conjugum statuta-*
rio, comprius Frankfurtensi.
3. Mollenbecker, Bernh. Audorius: *De hardione yrobo-*
lica.
4. Weberus, Joannus: *De crimine adulterorum*
vinorum.
5. Weberus, Joannus: *Tres homines circa ipsum.*
Commentatio ad ... Pufendorfii P.I.C.V. de officiis.

1709.

1. Bertram, Joh. Tacitus, &c: *De conditione ex cauone*
2. Brockelmann, Hermann Henricus: *De concursu pla-*
riuum in fidei
- 3^{a+b} Grotius, Melch. Detmarius: *De necessaria ultima-*
rum voluntatem praelectione., 2 Janu. 1709: 1707.

4. Hertius, Iwan. Nicolaus: De commentitia aperiegia 1.
et paragii distinctione in Rom. Germ. imperii prives.
patibus profectis et comitatisbus.
5. Hertius, Iwan. Nicolaus: De renovato Rom. Germanicis
imperii et regis Bohemiac rex.
6. Hertius, Iwan. Nicolaus: De pluribus locis
personam emergetibus
7. Wucherer, Conrad Christ: De legibus fundamentalibus
in genere, et singulatim in imperio Romano. Germanico 8

1710

1. Hertius, I. Nicolaus: Notitia veteris Francorum
regni usque ad accessum Ludovici Pii.
2. Hertius, I. Nicolaus: De divisione regnum
vel quasi.
3. Hertius, I. Nicolaus: Ipsi ipsides procuriam
juriis Germanicarum.

grin 1. Hintz, Bartold Ganters: De ratione concurrentium
mer. antestatione

2. Mack, Iohann Antonius: Proscriptio iudiciale cameralis
Imperialis

3. Nitzeck, Ludovicus Gregor: De foro privilegiato

4. Pfifferling, Dr. Georg: De desertione notariorum

5. Wallcker, Simon Silvius: De con- et disconvenientiis
iuris communis et statutarum Norimbergensis, quod
materiam inventarii

JU

IN

DN

JCT

IN

FRI

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-189123-p0008-4

18 1209,7 31.
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA
D E
LEGIBUS FUNDAMENTALIBUS IN GENERE,
ET SINGULATIM IN IMPERIO ROMANO
GERMANICO.

Quam
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRANCISCO ERNESTO,
HASSIÆ LANDGRAVIO, PRINCIPE HERSEN-

FELDIÆ, & Reliqua.

JUVENTUTIS PRINCIPE,
EX DECRETO ET AUCTORITATE
INCLUTÆ FACULTATIS JURIDICÆ
IN ILLUSTRI HAC LUDOVICIANA

PRO LICENTIA
SVMMOS IN VTRQVE FVRE HONORES
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA RITE CAPESSENDI,
PLACIDÆ

EXCELLENTISSL. ACADEMIÆ PROCRERUM
DISQUISITIONI SUBMITTIT

DIE JULII. ANN. MDCCIX.

CONRAD. CHRIST. WUCHERER,
ULMENSIS.

GISSÆ-HASSORVM,

Typis Joh. REINHARDI VULPII, Acad. Typogr. Ord.



LEGBUS FUND
MENTARIS IN CINERE
ET SINGULATIM IN IMPEXO ROMANO
GERMANICO.
RECOLVE MAGNIFICO.
DNRHANCSCORINESTO.
PRO TICENIA
CORRAD CHRISTIANUS HERR

— 3 —

DISSE

TATIO INAUGURALIS

de

Legibus Fundamentalibus in genere, &
singulatim in Imperio Romano-Germanico.

PRAEFATIO.

Cum ex auctoritate illorum, quorum monitus et iam mihi pro imperio sunt, testimonium studiorum in Academiis transactorum mihi in patriam reportandum sit, placuit Illustre Academie hujus ~~Collegium~~ adire, & ab eo modestè petere, ut ad consueta Candidatorum juris Examina admitterer, & si me dignum inveniret reputaret, honore juris Licentiatime gratiose donaret. Eam ob rem thema pro more elaborandum suscepit, idque de Legibus Fundamentalibus cum in genere, tum singulatim de illis, quæ in Imperio Romano Germanico habentur. Quamquam enim in argomento hoc non sit ea varitas, quæ requiri in Dissertationibus hujusmodi consuevit, tamen id propterea non displicuit, maximè cum uberem ad disceptandum materiam præbere aptum sit, & non pauca disquisitione dignissima contineat. Utut autem libenter fatear, me dignitati ejus non ubique satisfisse, tamen & id etati meæ ab aquis rerum estimatoribus facile condonatum iri confido. Sit igitur Bono cum Deo

A 2 CAPUT



CAPUT I.

De Legibus Fundamentalibus in Genere.

§. I.



Eges Fundamentales haut dubiè dicitur sunt à fundamento, quod primo loco ponitur, & cui tota ædium structura innititur. Nimirum & hisce legibus summum imperium, quod vita quasi & anima civitatis est, fundatur, & in ordinem redigitur. Poloni paœta conventa vocant, non incepœ, quoniam non nisi conventione fiunt. Quamquam ea non tantum circa iura summa potestatis versantur, verbi gratia circa bella, foedera, judicia, collationes Magistratum, Legaciones, monetam, & quæ sunt hujus generis; verum etiam circa alia, quæ ad publicam utilitatem promovendam pertinent, qualia sunt de Castellis aliquot novè excitandis,

— 5 —

dis, de bonis regiis augendis, vel imminuendis, ut notavit
Christophorus Hartknochius L. 2. de Polon. c. 2. §. 2. Cu-
jusmodi leges potius publicæ dicendæ, generali vocabu-
lo, quam fundamentales, ut vocabulum hocce vulgo ho-
die accipi consuevit.

§. II.

Notandum autem, Leges Fundamentales non nisi
impropriè leges dici: nam ut plurimum conduntur in ipsa
summa potestatis constitutione, adeoque antequam
summum imperium existit; leges autem propriè sic
dictæ feruntur à summo imperante. Leges tamen in-
signiri possunt vel ratione effectus, quoniam vim legum
habent, & summum imperantem perinde adstringunt;
vel ut pacta quoque leges dixerat Romani, quod patet
exemplo legis commissoriarum. Quo & vulgatum illud
pertinet: Pacta dant legem contractibus. Enim vero
cum nihil vetet, pacta etiam certo aspectu esse leges pro-
prie tales. Etenim ut H. Grotius L. 2. de Jure Belli &
Pacis c. 14. §. 9. recte observavit, possunt quædam esse mi-
xta ex contractibus & legibus, ut contractus cum summo
Rege aut publicano factus, qui simul pro lege publicatur,
quatenus ei insunt, quæ subditis observanda sunt. Igitur
& hoc intuitu leges fundamentales in propria notione le-
ges esse possunt. Quod liquidissime intelligitur exemplo
Capitulationis Imperatoriarum in Imperio Romano Germa-
nico, quæ quantum Imperatorem attinet, pacta sunt, ut infra
in loco ostendam: At leges proprie sunt, quatenus sum-
morum in Imperio judiciorum Consiliarii secundum eas
judicare jubentur, ut ex ordinationibus Augustissimi Ju-
dicii Aulico-Cæsarei constat.

A 3

§. III.

+ + + 6 + + +

§. III.

Leges Fundamentales propriè definiendas putat
Ulricus Hubertus *L. i. de Jure Civitatis. sect. 3. c. 5. §. 21.*
Constitutiones, quæ in fundando imperio ante plenam ejus
translationem stabiluntur, ut juxta eas Res publica exer-
ceatur. Ubi illud observandum, etiam post transla-

nem summi imperii posse aliquando Leges fundamenta-

les constitui, quod usquevenit post bella civilia. Id quod

iterum patet eis exemplo Imperii Romano-Germanici,

in quo Instrumentum Pacis Westphalicæ post bellum

illud ferale, quo universa Germania per annos triginta

exarserat, pacta exhibet, quæ Imperium pro legibus fun-

amentalibus agnoscit. Quid etiam si Rex ultra post

successum Imperium in pacta descendat, quibus poten-

tiati suæ detrahi patiatur? Quare simplicius Leges Fun-

damentales definiendas existimare jura, quibus modus

summæ potestati per conventionem ponitur. Jura dixi:

nam ex pactis & contractibus jus nascitur. Potesta-

ti autem summæ ponи debent: Quod si enim ad alia Rei-

publ. negotia pertineant, puta circa res importandas vel

exportandas & similia, leges potius publicæ, quam fun-

damentales censeri debent.

§. IV.

Leges Fundamentales, in laxa earum significatione,

dividi in expressas & tacitas, non repugnat Ulricus Hu-

berus *d. l. §. 15. seq.* Ad has refert, quæ tacite in Imperio

omni excepta intelliguntur, qualia sunt: salutem civibus

libertatem personarum rerumque suarum dominium es-

se debere; Imperantem summum nihil posse de Imperio

ultra

7

ultra terminos vitæ statuere, nisi id habeat in patrimonio; civitatem in partes subjectivas non distrahendam, id est, ex una civitate non fieri duas; mares fœminis, primogenitos minoribus natu in regnis successivis & non matrimonialibus esse præferendos. Enimvero cum hæc & alia ejus generis non summa potestatis jura, sed modum habendi summam potestatem, circa quem regulariter summo imperantijus nullum competit, respiciant, meo judicio minus recte legibus fundamentalibus accensentur. Plane ut nec illæ rectè ad eas referri queunt, quæ virtute ipsa insunt officio summorum Reipubl, Rectorum, puta ut in Rep. civili eorum, qui reguntur, utilitates æquè intendant ac suas, ut jus & justitiam subditis administrent, & similia. Neque refert, an hujusmodi expressè promittant, aut ad earum obligationem jurejurando se adstrinquent: habet enim hic locum illud JCtorum: quæ tacite insunt, si expressè adjiciantur, effectum juris nullum producere.

§. V.

Melior est divisio H. Grotii *L. I de J. B. & P. c. 3.*
§. 16. scribentis, promiflorum, quæ Reges faciunt civibus suis, sive legum fundamentalium, obligationem cedere vel in exercitium actus, vel in ipsam facultatem, quod exemplo declarari potest. Si enim Rex belli inferendi jus non habeat, nisi cum consensu Ordinum, facultas ipsa eiademia censemur: quod si vero modus belli gerendi circumscribatur, aut restringatur, id ad exercitium actus pertinet.

§. VI.

Porro quædam Leges fundamentales sunt simplices; quædam expresse adjunctam habent clausulam legis commissoriae. Harum vetus exemplum est apud Agatarchidem de rubro mari ex interpretatione Laurentii Rhodomanni de Sabiorum Rege: *Rex toti genti imperans prærogativam habet in confessu à populo scitam, quæ honore suo præditam, quæ muneric omnino expertem. Honore enim Regem dignantur, quod multis imperitat & libero quæ decernit arbitrio agit, nulli subjectus censura. Exsors vero est & quolibet privato inferior, quod accepta regni cura, regale egredi palatum ei nefas, secus si fiat, lapidibus à populo obruitur. Ita enim antiquum jubet Oraculum.* Adde Diodor. Siculum L. 3. biblioth. c. 47. De Stephano Poloniae Rege memorat Thuanus L. 62. ad A. 1517. promisisse, ut si illa in parte jura, libertates, privilegia populi Polonici violaret, ab omnijure, quod in Regno habebat, excideret, & Proceres à fide & obedientia, quam ei legitimo Regi deberent, solverentur. Et in pactis conventis cum Joanne Casimiro, Rege Polonie, cautum apud Joachimum Pastorium L. 4. Histor. Polon. plenior. p. 226. Quodsi (id quod Deus avertat,) iuribus, privilegiis, conditionibus istis vim fecerit, aut obsequi omiserit, cives utriusque gentis à fide & obsequi nexus, secundum Legem 1560. liberos & solutes fore. Adde Piascium in Chronicō ad A. 1607. Similis quondam Brabantinorum fuit lex sive pactum cum Principe, ut ex Hungonis Grotii Annalibus Belgicis refert Magisticus Dn. Hertius, Patronus & Praceptor meus, nunquam satis deve-

— 45 —

devenerandus, Part. 2. Elem. Prud. Civil. Sect. 14. §. 3.
At cum in electione D. LEOPOLDI M. gloriissimæ
memoriae Imperator. idem pactum Capitulationi in-
serendum pertenderunt quidam Electores, graviter testi-
tit Saxonie Electoris Legatus, teste Pufendorfio L. 7. Re-
rum Brandenburg. §. 26. 36. 37.

§. VII.

Cæterum ante ad causas quam veniam, præliban-
da quæstio, an Leges Fundamentales in civitate vim ha-
bere possunt? Quod nonnulli negant propterea, quo-
niam Reges à Deo constituantur, isque ipsis munus suum
recte gerendum injungat, id quod sine exercitio summi
Imperii fieri nequeat: igitur eo ipso Deum censeri con-
tulisse Regibus certam velut mensuram potestatis, cu-
jus partem neque ipsis, ut deleatur aut circumscribatur,
pati debeat: neque populus id recte postulare, aut ad
idem Regem adstringere queat. Non magis quam ho-
nestè inter maritum & uxorem tale pactum iniri potest, ut
ille ad hujus furtivos amores conniveat. Enimvero uti
non satis probata est hypothesis illa, summam potesta-
tem Regibus à Deo immediate conferri, cum tota civi-
tatis constitutio sit productio populi, inanis futura, si
potestate ad id necessaria non simul ab eodem populo
instrui posset. v. quæ contra hypothesis illam disputavit
Pufendorfius L. 9. de Jure N. & G. c. 3. §. 1. Magnif. D.
Hertius Dissert. de modis constituendi civitates, sect. 2. §.
3. & 4. Ita quod inde deducitur, nullo negotio colla-
bescit. v. idem Pufendorff. d. l. 7. c. 6. §. 9.

§. IIX.

§. IX.

Aliter vero eas, si tantum decerpant quædam summae potestatis jura, impugnat Thomas Hobbesius c. 6. de Cive §. 17. c. 7. §. 17. & Leviathan. c. 18. quoniam hac ratione fiat, ut civitas sibi meti ipsi obligetur, id quod absurdum merito censeri debeat, & proinde paecta hujusmodi esse invalida & irrita. Enimvero quod absurdum ipsi videtur, non est in substantiis compositis, id agere in se ipsum, diverso tamen respectu; id quod exemplo hominis liquidum sit, cuius partes in se mutuo, & tota anima in corpus, & corpus in animam, & corporis pars una in aliam agunt. v. quæ adversus hanc Hobbesii doctrinam pluribus differuerunt laudatus supra Huberus de Jure Civitat. L. 1. Sect. 3. c. 4. Richardus Cumberland. disquisit. de Lege nat. p. 396. sq. p. 411. sq. jam cit. Pufendorf. d. l. 7. c. 2. §. 9. & sequ.

§. IX.

Finis Legum Fundamentalium in propatulo est, nimurum, ut bene docet cit. Pufendorf. d. L. 7. c. 5. §. 9. hominis unius judicium in dispiciendo eo, quod saluti publicæ expedit, facile decipi potest, neque omnibus ea est animi firmitas, ut in tanta libertate libidines rationi obiectantes compescere queant. Igitur multis populis consuetum fuit visum, tantam potestatem non ita absolute committere unius hominis judicio, ab erroribus non immuni, & arbitrio in plura flexili, sed certum modum imperii gerendi præscribere. Postquam imprimis fuit animadversum, certa instituta, modumque negotia expediendi

— ♫ II ♫ —

pediendi genio populi, & statui civitatis optimè congruere. Neque ista imperii limitatione sit injuria Princibus, qui sponte populi ad id fastigii extolluntur. Nam si grave videbatur, imperium accipere, quod pro arbitrio gerere non possunt, licebat illud recusare.

§. X.

Causa efficiens Legum Fundamentalium sunt ille, qui suscepit summum Imperium, sive unus ille sit, sive pauci, & Ordines sive Concilium populi, stipulantes invicem & promittentes. Nam si Rex aliquis ultro se determinet aut adstringat ad negotia civitatis hoc vel illo modo expedienda, eo ipso leges fundamentales haut conduntur: quoniam ejusmodi professiones non jus tollunt, sed tantum voluntatem ejus declarant. Ut proinde valeat heic illud Philosophorum: à negatione actus ad negationem potentia non valere consequentiam. Sic si Rex causam propriam sive se attinentem judiciis suorum civium submittrat, si locum habet illud Plinii in Panegyrico: *Dicitur actori sive etiam Procuratori tuo, in Jus veni, sequere ad tribunal, non ideo absolutus esse definit.* Sic si Rex nolit quosdam actuum suorum valere, nisi Senatus approbaverit, non admittit sibi quidem jus, eam legem mutandi; statuit enim id propterea, ut importunæ flagitationes eludantur, & si quid in speciem indulget, senatus rescindat. Quo pertinet constitutio Gratiiani Valentiniani & Theodosii Augustorum in l. i. C. de petitione bonorum sublata, ne quisquam publicata ob crimine Majestatis bona petere sibi audeat, & ne Rescripto quidem suo adversus formam latæ hujus aliquid loci re-

B 2

lin-

linquatur: quoniam, inquiunt, plerumque ita in nonnullis
 causis inverecunda potentium inhibitione constringimur,
 ut etiam non concedenda tribuanus. Plane ut Antio-
 chus id nomen tertius, Syriæ Rex, Magistratus suos pare-
 re sibi vetuit, si quid legibus adversum jussisset, teste
 Plutarcho in apophthegm. Zeno Imperator in l. 2. C. se-
 nuptiae ex Rescripto petantur, rescriptum quod matri-
 monii cum fratris aut sororis filia gratiam fecit, nullius
 esse valoris voluit. Add. l. i. C. eod. quam ad l. i. C. Theo-
 dos. ejusd. tituli. Jacobus Gothofredus ex professo expli-
 cat, l. 3. & l. 7. de precib. Imperat. offerend. l. i. & l. 3. C.
 de Rescriptis juri contrariis. Porro si Rex negotia Rei-
 publ. non pauca ad conventum populi rejiciat, & in eo
 consultationes instituat, nihil ejus summæ potestati de-
 cedit, si conventus ejus potestas non nisi fiduciaria &
 pendens est, ita ut suffragia populi tantum consilii vicem
 obtineant. Cujusmodi conventus veterum Francorum
 fuisse, præclarè docuit Henricus Féret. in Rebus Seculari-
 bus Seculi IX. & X. sub Carolo M. p. 19. & sub Lothario p. 107.
 Adde alia exempla apud Pufendorfium L. 7. de f. N. &
 G. c. 8. §. 12.

§. XII.

Objectum ex supradictis facile intelligi potest,
 dum summo imperanti per Legem Fundamentalem
 unum aut alterum jus summæ potestatis vel prorsus adi-
 mitur, vel relieti juris exercitium restringitur. Notan-
 dum autem, negotia, quæ in administranda Republica
 occurront, duplicitis potissimum generis esse: nam de
 quibusdam in antecessum potest constitui, ideo quod
 quan-

••• 13 •••

quandocunque eveniant, eandem habent naturam ac
indolem: de quibusdam autem nonnisi ex præsentis tem-
pore judicium ferre licet, Reipubl. expediant, nec ne,
ideo quod, quæ illa comitantur, prævideri nequeunt.
Circa utraque autem Leges fundamentales condici
possunt; illic quidem, dum summo imperanti certa nor-
ma præscribitur: heic vero, dum is populi vel Procerum
Concilium consulere jubetur. Quod exemplis illustrat
laudatus Pufendorfius *d. c. 6. §. 11.* Ceterum si de Ju-
ribus summi Imperii nihil statuatur, sed de aliis ad Rem
publicam pertinentibus rebus, leges ex potius publicæ
dicendæ, quam fundamentales, nisi hoc vocabulum in
laxa significatione usurpetur.

§. XII.

Forma sive modus constituendi Legem Funda-
mentalem sit per mutuam conventionem. Nimirum
pactiones duæ sunt, quibus civitas aliqua constituitur,
aut in dubio constitui censetur. Primum pactum est
singulorum cum singulis de mutua coniunctione cum
voluntatum, tum virium: alterum de summi Imperii
translatione sive in personam unam, sive in cœtum unum:
ut pluribus docuit Magnif. D. Hertius *dissert. de modis*
modis consti. civit. sect. 1. §. 2. & 3. Circa translationem
autem hanc varia solent pacta interponi, ex quibus leges
fundamentales resultant. Evidem Jacob. Lampadius
part. 3. de Rep. Rom. Germ. c. 2. §. 12. in legibus fundamen-
talibus nullam initri conventionem contendit. Ecquid
enim conventionis est, inquit, si de re mea tibi indebite
danda paciscerem? Ecce vendo tibi fundum tertia parte

B 3

detra-

detracta : numnam de parte neque vendita neque tradita convenisse judicabor? Enimvero falsum est, heic conventionem fieri de re indebitâ: quando enim de summa rerum transferenda agitur, universe ea cum suis partibus, ob naturalem jurium majestatis nexum, translata intelligitur, nisi aliud actum fuerit, hoc est , nisi aliud convenierit. Adde quæ jamdudum contra hanc Lampadii subtilitatem disputavit Hermann. Conting. in annot. p. 124. sequ.

§. XIII.

Effe^ctus Legum Fundamentalium haud dubie est obligatio, per quam summa potestas delibatur, vel in partes scinditur. Evidem sunt, qui putant per pacta nihil decadere summitati, sed amplitudini. v. Joann Linnæus in proleg. ad Capitulat. Ces. Se^ct. 8. num. 22. D. Strauchi Exercit. exoter. 4. §. ult. Quo pertinet etiam distincta consideratio majestatis, quæ Lampodium auctorem habet. Enimvero cum summæ potestatis ratio non tantum consistat in summitate, hoc est, ut Rector Reip. sit ~~an~~ auctor, sive neminem superiorum agnoscat, sed & ut illa, velut totum potestativum, suis constet partibus, negari vix poterit, si leges fundamentales quædam jura summo imperanti adimant, aut in eorum consortium alios pari jure admittant, Remp. fieri irregularem, mixtam puta vel hujus generis. Bene Herm. Conringius ad part. 3. Lampad. c. 2. §. 12. contra Linnaeum disputans, Sole, inquit, ipso est clarius, quicquid cohiberet liberam agendifacultatem, illud intracertos limites facultatem illam cogere: ut & Capitulationis leges quasque prescribere

scribere quamplurima , eaq[ue] pertinentia ad Reipubl. regi-
 men, à quibus agendis Rex debeat abstinere. Is vero de-
 num est absolutus & sui juris Rex , qui est àuctoritatis &
 legibus positivis omnibus solutus , ita ut in arbitrio ejus sit
 subjecere se legibus nec ne, & quamdui velit , manente scil.
 libera facultate , quovis momento legi iterum se subducendi.
 Qualis libertas per Capitulationes tota tollitur. Quodsi
 pactis illis vel promissis jusjurandum accedat , firmior
 redditur obligatio. Solum attem jusjurandum de im-
 perio recte & ex usu Reip. administrando per se summam
 potestatem non minuit , neque populus vindex perjurii
 constituitur , nisi ei pacto expreſſe tale quid tribuatur , ne-
 que alium in finem juramenta talia consueverunt præ-
 stari , quam ut Reges metu divinæ iræ in officio conti-
 neantur. Illud memorabile est , quod Petrus Suavis si-
 ve potius P. Sarpius L. i. Concil. Tridentini obſervavit :
 Sede vacante ſolere Cardinales capita quædam reformato
 do Pontificio Regimini in formulam redigere , qua singuli
 ſe exacte obſervaturos jurant , ſi forte ipſi Pontificatum
 obtineant. Licet omnium etatum experimentis teſtatum ſit ,
 nemini propositum juramento ſtare , quod ſtarim ab elec-
 tione in Pontificem profiteantur , ſe non potuiffe obligari , vel
 ipſa assumptione in Pontificatum ſolutos sacramenti religio-
 ne. At hoc eſt ludere , ut pueri ſolent , astragulis.
 Cæterum H. Grotius d. ſupra loco aetum dicit nullum
 fieri , ſi obligatio legis cadat in ipsum facultatis aetum ;
 ſin in exercitium tantum , eſſe injuſtum. Quod non-
 nihil impugnat Pufendorf. d. L. 7. c. 6. §. 12. Verum ex-
 emplum , quo hic utitur , non pertinet ad exercitium ju-
 ris , ſed ipſum jus efficit.

CA.



CAPUT II.

De Legibus Fundamentalibus singulatim in Imperio Rom. German.

§. I.

Explicata pro instituti mei modo Legum Fundamentalium indole in genere, dispiciendum nunc mihi est de Legibus Fundamentalibus Imperii Romano Germanici. Inter illas primo loco poni solet Aurea Bulla Caroli IV. eam enim expresse hac appellatione insignit post Heigum D. Gabriel Schvveder *Introduct. in Ius public. part. general. c. 2. §. 3.* Eoque pertinere videtur Recessus Imperii Wormatiensis A. 1521. pr. ubi dicitur: daß darauff als auf einer Gründfest das H. Röm. Reich ruhe. Accedunt elogia, quibus A. B. mactari confuevit: audit enim nervus firmissimus pacis publicæ; firmamentum, propugnaculum, murusque tranquilitatis, & pacis in Imperio; firmissima Imperii Romani petra, super quam etiamnum maiestas & pax ejusdem tutò quiescit; unicum atque adamantinum vinculum, quo tenue hoc atque exangue corpusculum constringitur, quoque salus & dignitas Imperii continetur; verissimum Imperii nostri palladium. Quæ & alia nominibus auctiorum firmat

Li.

Linnæus in Obs. præliminaribus ad A. B. Observat. 7.
 Enimvero si in propria notione, de qua supra egi, leges
 fundamentales sumantur, Aurea Bulla vix id nomen
 sustinere poterit: neque enim restringit jura Imperato-
 ris, sed præcipue præscribit, quemadmodum electio
 in Imperio fieri debeat, quæ jurasint Vicariorum Imperii
 mortuo Imperatore, quæque jura Electorum Ecclesia-
 sticorum pariter ac profanorum. Lex igitur potius pu-
 blica est, quæ, ut illa ferebant tempora, multum profuit
 ad pacem qualemunque in Imperio firmandam stabi-
 liendamque. Sane nec pax profana, quæ in primis Ma-
 ximiliani I. Imperatoris auspiciis est promulgata, et si
 maximè quietem & tranquillitatem Imperio concilia-
 verit, lex fundamentalis existimari debet: concordia
 enim, quæ per ordinationem illam Pacis statuminatur, est
 nexus, quo carere civitas nulla potest. Hinc à Cicerone
 apud Augustinum *l. 12. de Civitate Dei, c. 21.* voca-
 tur *arctissimum atque optimum omnium in Republ. vincu-*
lum incoluntatis, quæ sine justitia nullo pacto esse potest;
 & Aristotelii *II. Pol. 2. amicitia maximum bonorum Civili-*
tatibus dicitur. Addatur Xenophon. *L. 4. memorab.*

p. 169.

§. II.

Inter leges fundamentales haud dubie ponenda
 est Capitulatio Cæsarea, quam Carpzovius, Pufendorfius,
 & alii Legem Regiam vocant, sed per abusionem,
 & non ex usu Romanorum: hi enim lege Regiâ in Prin-
 cipem summam rerum transferri ajebant; at certum est
 utique, Capitulatione Cæsareâ potestatem Imperatoris,
 quam habiturus est, non parum delibari. Capitulatio
 C. nis

nis autem vox haud dubiè ex barbara latinitate, & ejus traduce Italica lingua originem traxit. Nimirum aliquid Capitulum sive Capitulare legem denotavit, ut docent in jure Canonum Decretales, quæ Capitula dicuntur, perinde ut in jure feudali Longobardico capitula distinguntur in ordinaria & extraordinaria, & apud Francos leges in Conventu Procerum conditæ, Capitularia dicta. v. du Fresne in *Glossar. voce Capitulum.* Corrupti potro temporis licentia verbum capitulare, id est, per certa capita disponere, produxit, & liber in certa capita distinctus, capitulatus dici cœpit. Unde nata, obstetricantibus præcipue Italis, collectiva vox Capitulationis, quæ iidem Itali vocem capitulare, pactis & conventionibus applicarunt, ac pro ipso pacificandi actu usurparunt, præsertim ubi de dedendis arcibus ac urbibus munitis actum, ubi capitulare notat, de conditionibus dedendæ arcis articulatum agere, pacisci, capitulatio verò tanquam nomen collectivum pactum illud dedendæ alicujus urbis aut arcis certis capitibus distinctum. Quo factum, ut Germani, domestica præ peregrinis fastidientes, & exoticæ verba nativæ sua linguae immiscere gaudentes, hoc quoque vocabulum arriperent. Id quod factum videtur tempore Caroli V. Imper. cuius aula ex Italis, Hispanis, Gallis, Belgis, conflata erat, qui sua quisque lingua pacta cum Imperatore convertata, capitulationis nomine signarunt, eo ipso facetè indigitantes, Germaniam ad instar arcis munitæ, validoque præsidio firmatæ, nonnisi sub certis conditionibus, tanquam capitulatione aliqua religiose servanda, tam potenti proco se se committere voluisse. Quanquam ipse Carolus non nisi

— 19 —

nisi vocem Pactisive Artikel adhibuit & Electores adhuc diu post in scriptis publicis Anno 1531. 1546. 1555. solummodo die Artikel/Obligation, Contract, Pactum, item Cas pitel / so Räysel. Majestät in ihrer Erwehlung zu der Römis ch. Königl. Kron gnädig verwilliget / nominarunt, ut Limnæus observavit in *prolegomenis ad Capitulat.* Sect. I. n. 23. Donec circa initium seculi præcedentis, & prima quidem vice Capitulationis Ferdinandi II. art. 24. inserta fuit, & secutis temporibus frequentius repe tita fuit. v. Capitulat. D. Ferdinandi III. art. 11. D. Fer dinandi IV. art. 2. 19. & 48. D. Leopoldi art. 2. 4. 21. 36. 38. 46. Augustissimi Imp. Josephi art. 2. 4. 20. 35. 37. 46. 47.

§. III.

Definitiones Capitulationis varias exhibet Rache lius *Dissert. de Capitulat. c. 1. §. 8. & sequ.* suam subjun gens §. 11. Nec minus D. Gabriel Schvederus *part. ge neral. Introduc t. in jus publ. c. 2. §. 10. & sequ.* circa eam occupatus est. Ipse autem cum H. Conringio definit pa ctum seu conventionem, qua Imperator, per Electro rum suffragia designatus, ante coronationis solennia, cer tas sibi propositas conditiones, normam Imperii admi nistrandi continent, acceptat, & de iis servandis ju ratò cavet, publicæ salutis conservandæ causâ. Quam quam cum Rex quoque Romano-Germanicus, qui vi vo Imperatori velut adjuva & eertus successor adjungi solet, Capitulationi adstringatur, hoc quoque defini tioni addendum fuerat. Inferendum quoque post vo sem sibi ab Electoribus suo ac omnium Imperii Princie

pum Statuumque nomine *propositas*, ut tanto luculentior evadat.

§. IV.

De origine Capitulationum anceps inter publici juris scriptores est disceptatio, aliis ad Francorum Reges vel Imperatores, aliis ad Coaradum aut sequentes Imperatores, aliis ad Carolum V. eam referentibus, v. Rachelius de *Capitulat. Caesar. c. 2.* Novè D. Schilter L. 1. tit. 15. §. 3. & 4. propterea ad Francorum Reges vel Imperatores respiciendum putavit, quoniam eorum legum-latio non absolute penes Reges, sed ad consensum & probationem Ordinum alligata fuerit. Addit: posteris temporibus quædam addita, aut priora saltim expresse renovata fuisse. Quo imprimis faciat Jus Provinciale Alemannicum c. 146. Wenn man den König kießet / so soll er dem Reich Hulde schwören / und soll in den Eyd vier Ding nehmen / das Erst das Er (Ihm) das Recht städet / und das Unrecht frenet / und das Reich verspreche (vorsthe an seinen Rechten) und daß er das Reich allezeit mehr / und nicht mindere. Enimverò quod pace tanti JCti dicere liceat, hoc, quod asseruit, non probavit. Nam conventus ille Procerum in Francorum Regno non nisi deliberandi potestatem habuit, vis decidendi unice à Regum arbitrio pependit. Quod pluribus docuit Bœclerus, quem supra cap. I. adduxi. Deinde jusjurandum illud, quod Reges initio suscepti regiminis præstiterunt, omnino diversum est à Capitulatione : nihil enim continet, quam quod suapte natura ad officium & virtutem summi imperantis spectat. Neque vetat, Reges absolutos

Iustos tale jurandum dicere, ut constat exemplo aliorum Europæ Regum, etiam Galliarum. Quare verissima mihi videtur sententia, quæ à Carolo V. usque originem ducit. Nimis opes & animus ejus Electoribus erant suspecta, videbatur enim nonnisi ad monarchiam natus, & jam consilia Hispanica de monarchia universali eruperant, ut colligi potest ex orationibus Electorum, quas consignavit Sleidanus *L. 1. Commentar. de Stat. Religionis.* Talibus ergo frænum injicere voluerunt Electores. Idque etiam in sequentibus Imperatoribus bonum ac utile visum fuit.

§. V.

Finis Capitulationis qui sit, non difficulter intelligitur, si respicere libeat, quæ in cap. præcedente dicta sunt. Scilicet nomen Imperatoris amplum est & magnificum, quod, secundum usum loquendi veterem & hodiernum, potestatem omnem complectitur. Quæ proinde ne nimium evagetur, aut in licentiam degeneret, intra certos limites redigenda fuit, præsertim cum Status Imperii jam à longis temporibus magna libertate usi fuerint, & in regionibus suis Regiæ Majestatis æmulam potestatem, & *avtonomias*, exercuerint.

§. VI.

Causa efficiens sunt electus Imperator & Electores, quitam suo, quam reliquorum Principum ac Statuum nomine cum Imperatore paciscuntur. Quæstiones autem duæ heic occurunt. Una, an Rex Bohemiæ hic quoque eodem jure, quo reliqui Electores, gaudeat? Al-

ter: quænam reliquæ Imperii Statibus circa conficiendam Capitulationemjura competant? Quarum historiam, quoniam magna contentione animorum non semel agitatæ fuerunt, breviter recensere libet: maxime cum posterior in hodiernum usque diem manserit indecisa; nam prior præcedente anno auspiciis Augustissimi Imperatoris JOSEPHI, feliciter est composita, Rege Bohemiæ, ut Electore, rursum in Collegium Electorale, & universas ejus deliberationes admisit, ac in posterum iisdem juribus, quibus alii Electores gaudent, usuro.

§. VII.

Igitur Bohemiæ Regem, quod attinet, notum est, illum ad nulla plane Imperii Germ. Comitia, tam universalia; quam particularia, præter Electoralia illa, in quibus de eligendo Imperatore agitur, vocari, ac Capitulationib. à nonnullis plane numero Statuum eximi, v. Carpzov. *de Leg. Reg. Germ. c. 5. sect. 11.* Imò ne quidem sua sponte accedentem ad consultationes Comitiales admitti, observantia testatur. Carpz. d. c. 5. sect. 8. & 9. Rachel. *de Comit. Elect. d. 14.* Injuriam quidem hoc ipso sibi fieri, Reges Bohemiæ conqueruntur: Privilegium enim esse dicunt, quod nullis in Comitiis comparere obstricti sint, nisi illa Bambergæ, aut Noribergæ habeantur. Monzamb. c. 5. §. 25. f.D.Thomas. *ibi in not.* quo sane non urit, ac ita juri pro se introducto renunciare posse, integrum illis esse deberet. Exempla quoque à Conring. *de Comitiis Imp. §. 17. & d. capit. §. 22. & Carpzov. d. sect. 8. n. 7. sect. 9. n. 4.* collecta, docere, se & olim ad Comitia quacunque vocatos fuisse, ac in illis vel

— 23 —

vel in propria persona, vel per Legatos comparuisse.
 Auream quoque Bullam c. 4. §. 1. expressè Regi Bohemiar. quiescunque Imperialem Curiam, h. e. Comitia celebrari contigerit, in qualibet sessione, tam in consilio, quam in mensa &c. certum locum assignare, eamque legis dispositionem, effectum quoque suum, universalem sc. sortiti debere. Illud dubio caret, Bohemiar. Regem ad conventum Electionis necessariò vocandum esse, illumque non minus, quam reliquos Electores votum ibi suum ordine in A. B. c. 4. §. 4. definito, ferre posse. Solleini enim conventione Uladislao Bohemiar. Regi se in Maximiliani I. electione Anno 1486. non revocatum fuisse, indignè ferenti, A. 1487. Francofurti cautum, ut ne, sub pena 500. marcarum auri, ab Electoribus solvenda, Regis Bohemiar. in posterum præteriri debeant, sancitum, simulque jus per A. B. competens, insigniter stabilitum fuit. Quam vide ap. Goldast. Tom. II. der Reichs-Satz. fol. 178. add. Limnæus. ad Cap. Ferdinandi III. art. 50. voc. der guldenen Bull n. 20. & 23. sequ. p. m. 748. seq. Rachel. de Comit. Elect. §. 8. An autem præter Electionis actum ad præconsultationes quoque, nec non ad conficiendam ac præscribendam Capitulationem admitti debeat? summopere queritur. Nullas ejus ibi partes esse DD. communiter asserunt. Limn. ad Capit. proleg. Sect. IV. num. 3. & Addit. Tomil. ad L. 3. c. 8. num. 21. p. m. 359. Boëcler. Notit. Imper. L. 6. c. 8. Conring. de Capitul. d. 22. Rachel. de Capit. c. 3. d. 7. & de Comit. Elect. d. 9. Thulemar. ad Capitul. Maximiliani II. num. 9. Coccejus J. Publ. Prod. c. 14. §. 12. & c. 12. §. 12. 13. aliisque quamplures, quorum rationes potissimum sunt. (1) Quod nulla in

in Capitulatione Bohemi inter Electores pacientes
 mentio fiat, & (2.) nullum exemplar sigillo Imperatoris
 munitum illi detur: addit Coccejus d. l. (3.) Quod cum
 Rex Bohemiæ juris Slavici , non Germanici sit, Archi-
 officium quoque illi datum, strictissime intelligendum,
 & nunquam ultra electionis actum extendendum es-
 se. Verum uti quoad primum , contrarium jam ex-
 exemplum in Capitulatione Josephi habemus, ita secundo
 loco allata ratio fortius quidem stringit, tertia autem,
 ubetiori licet meditationem prærequisiens, rem peni-
 cus confidere videtur: Nam cum Rex Bohemiæ sepa-
 rato plane à Germanico jure utatur , patum quoque illius
 interesse videtur , quænam Imperii administrandi for-
 mula eligendo præscribatur. Contrariam tamen sen-
 tentiam tueruntur , Regemque Bohemiæ ad Capitulat.
 confectionem, tanquam jus electioni, ex hypothesi sal-
 tem Elektorum , cohærens, admittendum esse statuant
 Auctor. Tractat. de sessione & suffragiis Elector. Regis Bo-
 hemie A. 1695. D. Thomasius ad Monzambanum c. 5. §. 2.
 lit. d. p. m. 218. ac ipsi denique Reges , licet parum
 optato successu. Matthias enim in Comitiis Ele-
 ctoralibus A. 1612. admissionem illam urgebat quidem,
 repulsam tamen ferebat , Electoribus non solum obser-
 vantiam, voto illius haçenus contrariam , sed & trans-
 actionem desuper An. 1562. initam allegantibus ; ficuti
 illius temporis acta docent. Pari modo, D. Leopoldus,
 cum in Comitiis Anno 1663. consultationibus circa Ca-
 pitulationem perpetuam interesset , A. B. dispositionem
 prætendens, expostularer , renidente Eleitorum Colle-
 gio, irritus fuit. vid. Balthas. Venator *Ominos. rer. ser. p. I.*
 §. 61.

§. 61. p. m. 51. quem & jam antea, Anno sc. 1658. cum Fran-
 cofurti Capitulatio futuro Cæfari præscriberetur, idem
 datum mansisse, testis est Rachel. de Comit. Elec*t.* d. 4. §. 6.
 Quodsi tamen secundum observationem hoc in casu
 à longo tempore usurpatam loqui velimus, distinctione
 inter confectionem Capitulationis, ac illius oblationem,
 tota controversia expedienda erit: scil. Electionum acta
 docent, Regem Bohemiæ nunquam ad præconsultatio-
 nes circa concipiendam conficiendamque Capitulatio-
 nem admissum, sed potius, quotiescumque illud desidera-
 verit, semper rejectum fuisse, ita ut hactenus quidem re-
 sit dici queat, illius circa conscribendam Capitulatio-
 nem nullas partes esse. Admisus tamen fuit, & adhuc
 admittitur ad oblationem Capitulationis, & actum reci-
 piendi promissionem Imperatoris desuper juratam. Nam
 cum Electores Regem Roman. nonnisi sub certis condi-
 tionibus, Capitulat. comprehensis, eligant, ac hoc mo-
 do limitatam illi potestatem tantum conferendam esse
 decernant; Rex autem Bohemiæ votum quoque suum
 ad reliquorum voluntatem, ne electio partim pura, par-
 tim conditionata, & potestas modo absoluta, modo li-
 mitata inde resulteret, quod absurdum, attemperare ac
 modificare debeat; hinc & illi Capitulatio à reliquis
 Electoribus, paucis quidem ante Electionem horis, per-
 legenda traditur, quo sc. cognitionem notitiamque ha-
 beat conditionum illarum, sub quibus Rex Rom. eligen-
 dus, ac quænam potestas illi conferenda sit. Hoc au-
 tem non solum A. 1562. 1572. 1612. testantibus illorum
 temporum actis, sed & in novissimis Leopoldi & Josephi
 electionibus ita servatum fuisse, partim in recenti est

D

memor.

meria ; partim verò Thuldenus *Histor. P. III. b. q. p. m.*
 267. refert : Leopoldo utpote Bohemiæ Regi & Electori A. 1658. d. 15. Julii Capitulationem à reliquis Electoribus conscriptam in Curia præsentatam fuisse , illumque in privatum conclave secessisse , & adhibito ex consilio militari & aulico viris, ad perlegendam eam atque excutiendam duas horas temporis sumissee , quam cum approbasset, Electioni d. 18. Julii dictam fuisse. add. Comazzi *Historia de Leopoldo Cesare P. I. p. m. 66.* Electione autem peracta, Capitulatio Regi à toto Collegio Eleitorali designato, præsentibus singulis Electoribus , aut absentium legatis, offertur, acjurata illius promissio ab omnibus quoque acceptatur. Cuiactui, utpote Electioni proximè annexo, Bohemiæ Regem quoque interesse debere, illique non minus ac reliquis Electoribus jus esse, obligationem juratam , conditiones sc. voto suo tacitè annexas, & à reliquis Electoribus scripto comprehensas, servatum iri , à Rege designato exigendi , sana certè ratio dicitur. Eadem itaque ob rationem in Augustiss. JOSEPHI Capitulatione, Regis quoque Bohemiæ pariter, ut ceterorum Electorum, mentionem factam fuisse, recte observamus.

§. IIX.

Altera jam quæstio, non minore contentione agita-
 ta, discutienda restat: An sc. ad confectionem Capitu-
 lationis, præter Electores , reliqui etiam Imperii Princi-
 pes & Status admittantur, vel etiam admitti debeant ?
Ad confectionem dico, nam de oblatione & actu illo re-
 cipiendi juratam Imperatoris promissionem , nemo ha-
 cenus

- 27 -

Etens Electoribus dubium, quod sciam, movit. Cæterum negari nequit, hoc jus præscribendæ seu confiendæ Capitulationis Electoribus solis, superiori tempore privativè competuisse, interque prærogativas Elektorum relatum fuisse, nomine tamen cæterorum Principum ac Statuum simul exercendum. vid. Conring. *de Comit. Imp. Germ.* §. 22. Occasionem huic rei dedisse videtur vulgata olim opinio, Capitulationis scil. electionem, essentialem Electionis, vi A. B. solis Electoribus competentis, partem esse, ac eapropter ad hos quoque solos spectare, cui dd. observantia publica, ac usus praxisque Imperii accessit, & Electoribus juris hujus haut interruptam possessionem, longissimo sane tempore firmaverit. add. Dn. Kulpis. *ad Monz. amb. c. 5. §. 2. p. m. 63. sqq.* Eo tamen minime obstante, cæteri quoque Imperii Principes ac Status, communionem juris hujus sibi vindicare intenderunt, Capitulationemque in Comitiis universalibus, omnium statuum consenuit, conficiendam esse assertuerunt. Cum enim per Capitulationem, tanquam normam ac formam constituendi ac regendi Imperii, Imperatoris potestas vel arctius constringi, vel laxius extendi queat, summa sanè totius Imperii ad Electores pervenisse videretur, si illis solis Reipubl. Statum hoc modo pro lubitu ordinare, ac de juribus Regni, Ordineque suo ex arbitrio disponere, ulterius permittereatur; neque amplius ferendum esse, tam nobili legislatoriæ potestatis parte, circa adornandam hanc publicam ac fundamentalem legem, Status diutius privari. Præluserunt quidem huic controversiæ Principum nonnulli, jam post Rudolphi II. excelsum, Elektorum jus in

D 2

du-

dubium vocantes. vid. Londorp. *Act. publ. Tom. II. L. 3.*
tr. 2. p. 639. Hippolit. à Lapide *P. I. c. 15. sequ. 1. n. 2. p.*
274. Verum, cum hæ dubitationes ex literis privatis
 potissimum desumptæ, neque unquam publicè proposi-
 tæ fuerint, totumque negotium, tunc quidem temporis
 non omnes Imperii Ordines conjunctis suffragiis, parique
 constantia (uti refert Stamler. de reserv. Imperat. §. 17. n.
14. p. 66. notatus ideo à Limnæo *Tom. II. Addit. ad L. 1.*
7. Publ. c. 12. p. m. 277.) tractaverint, successu illud caruit,
 ac commodiori temporis referatum fuit. vid. Limn. *ad*
Capitul. in proleg. sect. 4. n. 5. sequ. Conting. de Capitul.
§. 26. Evangelici hempe Principes ab Hippol. à Lapi-
 de edociti, v. Balth. Venator. *Omn. rerum serie p. 1. §. 3.*
 Electorum nimiam potestate reformatantes, in Tract.
 Pacis Westphal. A. 1648. inter gravamina politica retu-
 lerunt: Ex mutatis subinde Cætarum Capitulationibus
 apparere, jura Reip. fluctuare, ac statum Imperii perpe-
 tuis mutationibus obnoxium agere; super duraturâ ita-
 que Capitulatione nunc, aut proximis Comitiis, con-
 sensu Electorum & Ordinum conveniendum, & si cor-
 rectione aliqua opus sit, eam in Comitiis decernendam:
 Evidem ea, quæ Electoribus solis per A. B. competunt,
 à se non sollicitari, præcavendum tamen, ne Collegium
 Electorale deinceps, uti hactenus, reliquorum jura invo-
 let. v. Pufendorf. *Rer. Suec. L. 18. §. 71.* Pfanner. *Histor.*
Histor. Comit. Pacis Westphal. L. III. §. 35. p. 301. & L. IV. §.
31. p. m. 485. Et licet Electores longissimi temporis
 præscriptionem, sine ulla Principum ac Statuum con-
 tradictione, acquisitam, ac creberrimo usu firmatam,

oppo-

opponerent, statusque ab obligatione, tacitâ illorum voluntate contractâ, invitâ alterâ parte, recedere non posse, nisi & naturalem æquitatem violare, ac jura, Elektoribus vi A. B. competentia, ipsi invadere simul velint, obtenderent. Hisce tamen non attentis, Instr. Pacis Cæsar. Suecic. art. VIII. §. habeantur 3. ut proximis Comitiis de certâ constantique Capitulatione concipienda ex communi statuum consensu agatur & statuatur, inseratum, ac hoc modo Capitulationis perpetua confessio inter negotia Comitialea relata, Statibusque universis communis redditia fuit. add. Kulpis. ad Monzamb. d. p. 69. Conting. d. §. 24. Indictis postea A. 1652. Ratisbonâ à Cæsare Comitiis, quæstio hæc de Capitul. perpetuâ consensu omnium adornandâ, in Senatu Principum, inter primas sane magno animorum fervore agitari cœpit: cui altera quoque illa, de Rege Romanorum, vivo Imperatore, nonnisi consentientibus universis Imperii Statibus eligendo, annexa fuit. Reluctabantur tum Electores, & jura sua longissimi temporis observantiâ firma-
ta, graviter propugnabant, inter alia allegantes: Eam saltem Pacificat. Westphal. mentem esse, ut proximis Comitiis decidatur, num quæstio, an Rex Romanor. vi-
vol Imperatore sit eligendus, & in Capitulatione perpetua,
ejusmodi indolis sint negotia, ut desuper cum Principi-
bus & Ordinibus in Comitiis agi debeat? Interim sal-
va Electoribus jura suamerito mansisse. v. Pufendorf. rer.
Brand. L. IV. §. 38. Pfanner. Histor. Comiticor. 1652. L. II. §.
11. & 23. Balch. Venator. Omin. rer. serie P. I. §. 6. Indulge-
bant tamen Principibus, ut monita sua constitutionibus
Imperii, ac consuetudinibus conformia, Capitulationi,

prout occasio tulerit, inserenda, expromerent; Qui etiam, cum Electores interea Augustum, ad eligendum Romanor. Regem secessissent, monita per Deputatos concinnata, Electoralibus Legatis, qui Ratisbonæ subfiterant, & quidem tam communia utriusque Religio- nis sociis, quam Evangelicis propria, offerebant, tan- quam pleno suffragij jure valitura, ac hoc modo Capitu- lationi necessariò inserenda. v. Pfanner. d. l. II. §. 22. 25.
 27. 58. 60. 63. Conring. d. l. §. 35. 26. At Electores præ- ter alia, ea potissimum, qua imminuenda potentia suæ inventa videbantur, unanimi consensu rejiciebant. Pu- fendorf. d. l. IV. §. 40. è reliquis autem nonnulla suo loco inserebant Capitulationi Ferdinandi IV. die 2. Junii præscriptæ. Quod quidem Principes Evangelici præ- primis ægerrime ferebant. v. Grundfeste P. III. c. 3. p. m. 182. 183. novaque ad Capitulationem perpetuam monita faciebant, ac ut totum hocce negotium durantibus Comitiis absolveretur, acriter instabant, frustra licet. v. Pfanner d. l. VI. §. 54. 57. Pertinacia enim Directorii Austriaci, plurima vota, per Deputationem sc. Capitula- tionem expediendam esse, rejicientis, vid. Grundfeste P. II. c. 5. p. m. 108. Pfanner. d. L. V. §. 75. efficit, ut Capi- tulationis negotium, jam olim ad Comitia remissum, ad prorogata denuo Comitia, biennio post redintegranda in Recess. Imp. de A. 1654. S. Wenn aber bey erstgemeldt. 192. rejiceretur. v. Grundfeste P. III. c. 2. p. 183. Pfanner. d. L. VI. §. 68. & 69. Venator. d. l. §. 7. 8. 9. Verum priusquam dies, novis Comitiis dictus, illucesceret, non solum recens electus Romanor. Rex Ferd. IV. d. 9. Julii 1654. sed & ipse Imperator Ferd. III. d. 2. April. 1657.

fatis

fatis concesserant, quapropter ad novam electionem Electoribus transeunduni erat, qui & Francofurti desuper consultaturi conveniebant, ac post varias moras Leopoldum, Regem tunc Hungariæ ac Bohemiæ, d. 18. Iuli, 1658. unanimiter in solium Imperatorum colloca-
bant. vid. omnino Pufendorf. *rer. Brandeb.* L. VII. §. 21.

42. Antequam autem negotium hocce ad desideratum hunc finem perduceretur, Principes ac Status per Deputatos suos, Francofurti tunc subsistentes, nulla enim eo tempore Comitia erant, Electorali Collegio certa monita Evangelicis ac Catholicis communia, partim verò utriusque partis propria, d. 17. April. 1658. præsenta-
ti jusserunt, in contexendâ Capitulatione itidem cum pleno jure suffragii valitura; exhibet illa Auctor *der Grundfeste* p. III. c. 3. p. 185. Cumque desiderio suo eventus minime respondisset, protestatione d. 8. Aug.
1658. Francofurti interposita, cuius tenorem v. ap. Auct.
der Grundfeste d. l. p. 229. sequi. Capitulationem ipsam, in primis iura Principum ac Statuum concernentem, e-
gr. iura ferendarum vel interpretandarum legum, alien-
andorum bonorum Imperii, Pacis & Belli, delectus,
feederum, declarationis in Bannum, aliaque perplura
neglecta deprehenderent, pro lege publica se nonnisi in
quantum monitis suis, ac Instrumento Pacis, cæterisque
Imperi constitutionibus conformis sit, habituros, sua-
que circa perpetuam Capitulationem competentia iura,
se hoc ipso integra reservaturos, publice declaraverant.
v. Conring. d. l. §. 27. Neutiquam enim Electorum
confessionem, se non suo tantum, sed & omnium reli-
quorum Principum ac Statuum Imperii nomine pactum
hocce

hocce inivisse, & Imperatoris juratam promissionem acceptasse, in proœmio & epilogo Capitulat. Ferdinandi IV. jam comparentem, verbo : *Mit denen Chur-Fürsten für sich/ und sämtliche Fürsten und Stände des Reichs/ u. denen gedachten Chur-Fürsten für sich und im Nahmen des Heil. Röm. Reichs ic.* hic quidem sufficere posse ; aliud enim esse, nomine alicujus aliquid facere ; aliud autem ex mente ejusrem aliquam perficere : Ultimum ergo hocce, non solum prius illud circa Capitulat. negotium Principes efflagitare, corumque protestationem, non tam de præscribendâ Capitulatione, quam præcise de materia illius interpositam fuisse, ac ita ad mentem præcipue spectare. vid. Rachel. *de Capitul. c. 3. §. 5.* & *de Comit. Elect. d. 40. 41. 42. 43.* Imprimis post electio-
 nem Leopoldi, Comitiis Ratisbonæ A. 1663. cœptis, &
 in hunc usque diem duraëtibus, non remissiore zelo Ca-
 pitulationis negotium statim post consultationes de Bel-
 lo Turcico, & suspectis Imperatori ferendis reassumtum
 fuit, ubi quidem Electores parem ferè conficiendæ rei
 fervorem præ se tulerunt; traditâ scil. April. fin. A. 1664.
 Principibus & Statibus perpetuae Capitulationis formu-
 lâ, cuius instrumentum exhibet Fritsch. *ad Limn. L. I. c.*
12. & Mulzius *in represent. Majest. Imp. P. I. c. 12. §. 12. p.*
m. 140. seq. qui & *p. 162. sequ.* Principum ad illam
 monita adjecit. add. Venator. in *Omn. rer. serie P. I. §.*
49. Monita verò ipsius Cæsarlis, quæ Elektoribus, licet
 haud invitatus, aperuit, tradit §. 89. Et pulchre quidem
 omnia procedere videbantur, cum totares subito ad Pro-
 logum & Epilogum velut vado adhæscere inciperet,
 quod Electores illorum aliam habere vellent formulam,
 quam

quam vide apud Fritsch. *in annot. ad Capitul. Josephi p. m. 71.* alia verò Principibus Statibusque placeret. Scil. reservare sibi intendebant Electores jus adcapitulandi, h. c. potestatem Candidatum Imperii ulterius, & quidem cum effectu obligationis universal. obstringendi, quo- tiescunque illud in negotiis communia Imperii, & Ordinum non concernentibus, è re Reipubl. esse judicave- rint, modo A. Bullæ, Instrumento Pacis, Capitul. per- petuæ, legibusque Imperii nihil derogetur. v. *Conting. d. l. §. 28. 29.* E contra Principes censebant, hoc ad- misso, omnia, quæ acta erant, facile subverti posse. Fru- stra enim constantem Capitulationis formulam conscri- ptam fuisse, si arbitrium addendi, quæ libuerit, Electori- bus relinqueretur. v. Cæsar. *Fürstenerius de Supremat. Princip. Germ. c. 33. p. 178.* Temperamentum itaque ex cogitarunt Principes; Electorali nempe Collegio fa- cultatem omnino reliquendam esse, si salus & necessitas Reip. id requirat, electum Imp. ad alia quoque in Capitu- lat. perpetuâ nondum comprehensa, capita, salvis ta- men Imperii Legibus, ac Statuum juribus, perpetuâque Capitulatione, cum effectu obligandi in perpetuum, ni- si in proximis ab electione Comitiis, communi Statuum consensu diversum statuatur ac definiatur, adstringendi. v. monita Principum ad Epilogum apud Mulz. *d. l. p. m. 108. Venator d. P. 1. 1. §. 66.* Et putabant quidem illi, Electoribus, postquam Capitulationem in Comitiis in constantem formam redigi haud gravatim tulerint, tan- to minus molestum fore, de iis quoque, quæ salutis pu- blicæ intuitu, electionis tempore Capitulationi inserue- rint, postmodum in Comitiis agi. Ut enim fiducia sit,

Electores nihil bono publico adversum hic acturos : ita quoque de reliquis minime præsumendum esse , illos temerè mutaturos , quæ Electores salutariter Capitulationi inserenda judicaverint . v. Mulz . d . l . § . 13 . p . m . 169 . Verum , cum hoc remedium Electoribus parum ad palatum esset , res tanta indecisa mansit , neque ex difficultatibus hisce haec tenus se extricare potuit . vid . de hac controversia potissimum Balthas . Venator . Omin . rer . serie I . 1 . qui in Comitiis his usq[ue] ad annum 73 . agitata , nervosæ salisque mica aspersâ recenset , unde sua excerptit Conringius d . l . § . 28 . 29 . Quiescebat hoc modo in Comitiis Imperii universi capitularis tractatio , cum subitò Electores , à Cæsare Augustam evocati , Regium Romanorum diadema Illius primogenito Josepho , Ungar . Regi , impuberi licet , die 24 . Jan . 1690 . imponerent . Historiam electionis hujus , nec non coronationis insecuræ , justo volumine recenset Sigismundus Ferrarius . Qui sciebant non minus Principes , qui tanta animorum contentionे Electionum jura , tam circa Roman . Regis electionem , quam Capitulationis confectionem , haec tenus impugnaverant , & taciti ac tranquilli utrumque actum ab Electoribus solis , nemine prærequisito , expediri spiciebant . Imò quod mirandum , neque monita capitulari conventioni inserenda , uti antea sueverant , offerebant , neque in electionis loco protestatione interpositâ , jura à se prætensa , sibi salva reservabant . Re tamen illa , serius licet perpensa , demum die 8 . Augusti , A . 1690 . Ratisbonæ in Comitiis Principes protestationem , contradictionem , & reservationem , universo Collegio Electorali insinuandam , & ad acta Imperii reponendam , Directo-

❀ 35 ❀

electori Moguncino tradidere, quam tamen hic ab initio
acceptam, Directorio Salisburgensi paulo post, ne
quidem perfectam redhibuit, causatus, ex Electorali sc.
sententiâ, spectare hæcce neutiquam ad Comitia uni-
versalia, neque Ratisbonam locum electionis esse: Au-
gustæ enim Electoribus, tunc electionis causâ congrega-
tis, & quidem in continenti, ut olim Francofurti, præ-
sentari illam, si salutarem sibi duxerint, protestationem
interponi debuisse, jam post vulneratam causam neque
locum, neque tempus esse, medelam huic afferendi.

§. IX.

An autem, non obstante protestatione illâ, Capitu-
lationes Leopoldi & Josephi vim legis pragmaticæ ha-
beant? altioris est indaginis. Conringio quidem *ad Lam-
padium p. 136. & 269.* ex hypothesi Principum id non vi-
detur. Dn. Kulpis. *ad Monzamb. c. 5. §. 2. p. 71.* judi-
cium suum suspendit. Qui verò à parte Electorum stant,
intrepide quæstionem affirmant, rationibus hisce fulti.
Primò enim dicunt, indubium esse, Electores ad mini-
mum per longissimi temporis observatiā, totque
actus, absque ulla contradictione exercitos, validam ac
firmam juris capitulandi possessionem acquisivisse. Dein-
de licet concedamus, in Instrum. Pacis ipsum Capitula-
tionis negotium inter negotia Comititalia relatum, ac ita
omnibus Statibus commune redditum fuisse. Attamen,
cum inibi solum dicatur; quod in proximis Comitiis de-
certa constantique Capitulatione concipienda ex com-
muni Statuum consensu agi & statui debeat; neutiquam
verò adjiciatur: Electores interea temporis aut omni ele-

Editione Regis Rom. & confectione Capitulat. abstinere, aut necessario monita Principum ac Statuum in vim suffragii admittere, omnino sequi; petitorum, à Principibus haec tenus ventilatum, possessorum penitus intactum reliquisse, Electoresque tamdiu in possessione juris Capitulationem temporariam conficiendi, contra quorumvis contradictiones tuendos esse, donec Capitulatio perpetua, in Instrum. Pacis unicè promissa, ad perfectionem suam perducta fuerit. Pacificationis quippe legem ultra tempus expressum, minimè extendendam esse. Eodem ex fundamento jus quoq; adcapitulandi, quoad negotia ad minimum extracomitalia, Electoribus omnino relinquendum esse, judicabant, nisi & illorum prærogativa & facultas eligendi Regem Rom. in A. B. illis privativè data, simul labefactari, ac tota demum Imperii compages corruere debeat. add. Venator d. p. 1. §. 67. Pfanner. Histor. Comit. L. II. §. 23. p. 186. Ceterum illud pro certo afferi posse puto, Cameram Imperialem, quæ nomine Imperatoris ac Imperii judicat, Capitulationem, quatenus monitis Principum adversatur, in judicando haut sequi.

§. X.

Objetum Capitulationis, si explicaturus sim, prolixior fortè, quam instituti mei ratio fert, fuero, verbo igitur dicam, firmari per eam superioritatem territorialem, ac libertates Statuum, aliorumque membrorum Imperii; statui in eâ, quæ negotia ab Imperatoribus cum consensu Electorum vel unanimi, vel secundum majora numero suffragia, sint expedienda, quæve ad universorum Imperii Statuum deliberationem rejicienda.

§. XI.

§. XI.

Forma Capitulationis conficiendæ consistit in conventione. In proimio enim omnium capitum à Carolo V. usque diserte ita scribitur : *Daz wir uns demnach aus freiem gnädigen Willen mit denselben unsern lieben Neuen/ Dheinen und Chur-Fürsten dieser nachfolgenden Articul Geding- und Pacts-Weise vereiniget/ vertragen/ die ans genommen/ bewilligt/ und zugesagt haben/ alles wissentlich und Krafft dieses Briefs.* Quæ iterum clarissime evincent, inanem esse philosophiam Jacobi Lampadii, quam supra Cap. I. iam explosi, negantis , capitulationem per conventionem fieri. Ceterum notabilis est clausula in Capitular. Augustissimi Imp. Josephi : *Solches alles und jedes / wie obsthes / haben wir obged. Röm. König/ geredt/ versprochen/ und bey unseren Königlichen Ehren/ Würden und Worten / im Nahmen der Wahrheit/ zugesagt/ thun dasselbe auch hiemit/ und in Krafft dieses Briefs/ inmassen wir dann das mit einem leiblichen Eyd / zu G-Die und dem Heiligen Evangelio geschwohren/ dasselbe steh/ fest/ und uns verbrochen zu halten/ demetreulich nachzukommen/ darwider nicht zu seyn/ zu thun/ noch zu schaffen/ daz es gehan werde/ in einige Weih oder Weg/ wie die möchten erdacht werden;* (vid. Limnaeus prolegom. in Capitulat. seet. s. n. 29. Rachel. de Capitul. Rom. Germ. c. 7. §. 8. D. Schveder. part. general. Introduct. in f. publ. c. 2. §. 20. & confer cum illo rati Capitulat. Josephinam, art. 10. ibi: da aber publica solus & utilitas,) uns auch darwider einiger Scheff/ oder Aufnahme/ Dispensationes, Absolutiones , Geiss oder Weltliche Rechte/ wie das Nahmen haben mag / nichts zustatthen kommen sollen. Quæ posterior clausula primum

in Ferdinandi IV. Capitulationem recepta fuit. v. Londorp. tom. 7. A. 7. P. I. 6. c. 619. p. 715.

§. XII.

Satis de Capitulatione Cæsareâ: restat ut verbo dicam de Pace Westphalicâ: nam & hanc inter leges fundamentales esse referendam, disertè cavit ipsum ejus Instrumentum Osnabru g. art. 17. §. 2. & Monaster. §. 112. Hinc in Recessu Imperii A. 1654. §. Und aber 4. & §. 6. de eodem est: vor ein gegebenes Fundamental Gesetz des Heil. Röm. Reichs / und immerwährende Reichschnur / und ewige norma judicandi, stets fest / und unverbrüchlich gehalten. Et sane si consideretur vel unicus art. 8. §. Gaudeant, quantum ibi Imperii Statibus vel datum, vel confirmationis sit, cuivis facilè pater. Add. Capitulatio D. Ferdinandi IV. D. Leopoldi M. & nunc feliciter regnantis

Augustissimi Imp. Josephi, art. 2.

Tantum! Deo sit laus, honor, gloria in secula seculorum.

COROLLARIA.

1. *S*i dolus causam contractui dedit, dominum non transfertur.
2. Negotioria actione conventus servitutem, et si in eius possessione constitutus sit, probare tenterur.
3. Ad prescriptionem servitutis sola domini scientia cum lapsu temporis non sufficit.
4. *C*onditio causa dat causa non secuta datur etiam heredibus.
5. Depositarius jure retentionis ob factas impensas uti non potest.
6. In Emitione Venditione respici debet mensura loci contractus, non rei sitae.
7. *V*endorum leso competit remedium L. 2. C. de Rescind. Vendit. etiam si res apud emtorem perierit.
8. Evictio locum non habet in locazione conductione.
9. Legatario competit l. f. C. de Edic. D. Hadriani tollendo.
10. Si quis iniqua iudicis sententia fuit absensus, huic per errorum solventi, forte ex illa vel alia causa, conditio soluti datur.

Sic



Sic WUCHERERUS ovat post tædia
longa laborum,
Et largo recipit favore, quod dederat.
Sit fortunatus, nec non pia vota parentum
Expleat, ut flos sit deliciumque suis.

*Nobilissimo Dno Candidato, Amico & Con-
victori suo estimatissimo, l. mg, scri-
bebat*

Joannes Nicolaus Hertius,
J. U. D. & P. P.

Fundamentales Leges dum laude resolvis
Enfundant Leges premia larga Tibi.
*Nobilissimo DN. WUCHE-
RER, Jurium Candida-
to Optimo, de novis Ho-
noribus ex animo gra-
tulatur*

Bernb. Ludov. Mollenbecius,
J. U. D. & P. P.

WU-

WUCHERER ! ex libris usuras querit avaras,
Hinc studii largas fert & honoris opes;
Porro *Themis* fructus cumulati scenoris offert,
Crescat ut inde *Patris* gloria parta, precor!

Hic Nobilissimo Dno Candidato, Fan-
tori suo honorando, de futuris ho-
noribus cum voto omnigena pro-
speritatis gratulatur

Simon Nicolaus Orthius,
J. U. D. & Prof. Ord.

Fundamentales *Themidos* dum rite tueris
Leges, En Legum premia multa precor,
Scilicet ut largo succrescant scenore Laudes,
Sic honor & nomen te sine fine manent.

Nobilissimo & Doctiss. Dno Candida-
to, cum omnigena felicitatis ap-
precatione, memorie gratia ap-
ponebat

Melch. Dethm. Grolman,
D. & Prof. Jur. Ord.


F I N I S.





f

TA → OL nw 1+4 Shill verknapft



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches

1709,7
13 752
31.

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA
D E
**LEGIBUS FUNDAMENTALIBUS IN GENERE,
ET SINGULATIM IN IMPERIO ROMANO
GERMANICO.**
Quam
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
S E R E N I S S I M O P R I N C I P E A C D O M I N O ,
DN. FRANCISCO ERNESTO,
HASSIÆ LANDGRAVIO, PRINCIPE HERSEN-
FELDLÆ, & Reliqua.
JUVENTUTIS PRINCIPE,
EX DECRETO ET AUCTORITATE
I N C L U T Æ F A C U L T A T I S J U R I D I C A Æ
IN ILLUSTRI HAC LUDOVICIANA
PRO LICENTIA
S V M M O S I N V T R O Q V E J V R E H O N O R E S
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA RITE CAPESSENDI,
PLACIDÆ
EXCELLENTISS. ACADEMIÆ PROCKERUM
DISQUISITIONI SUBMITTIT
DIE JULII. ANN. MDCCIX.
CONRAD. CHRIST. WUCHERER,
ULMENSIS.

FRIEDRICH
VERS.
ALIE

GISSÆ-HASSORVM,
Typis Joh. REINHARDI VULPII, Acad. Typogr. Ord.

